

No. 57. Zwischen 1159 — 1172. 13. Juli.

K. Wladislaw von Böhmen befiehlt seinen Getreuen (im Lande Budissin) den Bischof und dessen Geistliche in ihren Rechten zu schützen.

W. dei gratia Bohemorum rex nobilibus viris fidelibus suis Tsastellao, Haulo, Benisio, Jarozlao ac omnibus, ad quos pervenerit praesens scriptum, gratiam suam et omne bonum. Propter affectum praerogativae dilectionis, quo prae ceteris diligere vos tenemur, monemus vos pariter et rogamus, ut dilectum nobis Misnensem episcopum patrem venerabilem et suos clericos, in bonis vestris, oppidis sive villis iura sua spiritualia exercentes, et quae sibi competunt de iure debito requirentes, promoveatis diligenter omni quo potestis iuvamine et effectu, cum teneamur eundem fovere contra quemlibet et iuvare, et malum suum tamquam nostrum velimus generaliter reputare. In hoc enim nobis exhibebitis amicitiam devotissimam et favorem. Datum Luthomaritz III^o. Idus Julii.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das an Fäden von rother und blassgelber Seide befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen. — Herzog Wladislaw wurde im J. 1158 zum König erhoben und war vom Juni bis Sept. d. J. in Italien; die Urkunde kann erst nach seiner Rückkehr ausgestellt worden sein. Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 30.

No. 58. (1177.)

B. Martin beurkundet, dass der Probst Günther zu Gottes Gnade und dessen Convent ein Stück Landes an der schwarzen Elster vom Grafen Friedrich von Brena mit Zustimmung der Brüder desselben gekauft und diesen Kauf Dietrich, Markgraf der Ostmark bestätigt, er selbst aber den der Meissner Stiftskirche dort zustehenden Zehnten an den genannten Probst und Convent abgetreten habe.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Martinus Misnensis episcopus tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Notum facio omnibus Christi fidelibus, quod Gunterus venerabilis praepositus in Gratia Dei et fratres sui datis XC^a marcis LX^a mansos ad mensuram Flandricam in episcopatu nostro super Alsteram sitos a comite Friderico in possessionem propriam emerunt, quos idem comes praesente domino nostro venerabili Magdeburgensi archiepiscopo Wichmanno in Monte sancti Petri post celebratas exequias comitis Conradi fratribus suis coram positus et voluntarium assensum praebentibus praefato praeposito G. et fratribus suis libere dimisit et in possessionem perpetuam legitimo iure contradidit cum omnimoda utilitate, quam praedicti fratres in eisdem mansis elaborare poterunt, in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis aquarumve decursibus et lignorum deductionibus, insuper et litus ad compositionem lignorum addidit, ubi fratribus commodum visum fuerit. Hanc itaque legitimam donationem comitis Friderici marchio Teodericus auctoritate iudiciaria legitime firmavit et stabilivit. Nos quoque primum quidem ob animae nostrae salutem, tum etiam propter comitis Friderici petitionem simulque dilectionem praepositi G. omnem decimam, quae nostri iuris erat in eisdem mansis, praeposito G. et ecclesiae in Gratia Dei in possessionem sempiternam libere contulimus et sub anathematis comminatione